



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

1798  
15  
JOHAN. Eisenhardt /  
PHILOS. ET J. U. D.  
hujusque P. P.

DE THEORIA AC PRO-  
THEORIA JURISPRUDENTIÆ  
AD PRAXIN NECES-  
SARIA

DISSERTATIO;  
IN FORMA  
PROGRAMMATIS  
P. P.



HELMESTADII,  
Typis HENRICI DAVIDIS MULLERI Acad. Typ.  
Anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> c lxxvii

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 311



Initâ nuperis septimanis metho-  
 dicâ Novellarum Justiniani Imp.  
 constitutionum expositione, insi-  
 gniores earum & in Reipubl. di-  
 rectione frequentiore usum habentes ple-  
 niore interpretatione declarare constitui; an-  
 tequàm verò id negotij capessam, visum est  
 proœmij loco publice explicare insignes  
 quosdam

L

de naturâ	}	Jurisprudentiæ	nec non,
de fine			
de principijs			

de interpretatione & usu legum civilium,  
 dequæ cæteris ad introductionem in  
 Studium Jurisprudentiæ pertinentibus  
 agentes, ex ipsis Constitutionibus Novellis  
 excerptos Textus, Hi sunt illi  
 quos magnam partem superiori anno excun-

A 2

te pau-

te paucis paginis inclusos typis exscribi, & publicâ Disputatione examinari curavi. Cujus Disputationis contextum & ordinem in docendo sequar, ut auditores futuri hac ratione textum ipsum quem passim Græcâ quoq; & Authenticâ legislatoris, semper autem Latinâ, & Græco textui magnâ industriâ conformata oratione expressi, ante oculos habere possint; cum integer Novellarum codex reliquis Juris civilis Justinianei partibus adjunctus ab auditoribus non sine molestiâ in publico auditorio haberi ac teneri queat. Ego autem in docendo semper ante oculos habiturus sum vulgatam quoque Novellarum versionem, & ubicunque à verbis ejus discessi, quod tamen non ubique factum, rationes meas exponam.

II. Totius instituti hujus mei hæc est ratio, ut studiosi, qui ad Jurisprudentiam discendam appellant animum, PRAECOGNITA ejus, ex  
qui-

quibus scientiæ hujus auditores idonei &c, ut  
schola Peripatericorum loquitur, πεπαιδευμέ-  
νοι efficiuntur, ex ipsius legislatoris oratione,  
meâ interpretatione ad majorem perspicui-  
tatem deductâ, accipiant.

Quod si quidam ex Studiosis sibi persua-III.  
serint, aliisque persuadere conabuntur, hasce  
meas lectiones inutiles fore iis qui longam  
moram in Theoriâ deprecantur, sed ad Praxin  
festinant: His consideranda propono verba  
Viri ill. interque eminentiores Germaniæ  
Ictos cum paucis memorandi Dni. Erici Mau-  
ritii, supremi in Germaniâ judicij Camerae  
Spirensis hodie Assessoris gravissimi, ex Præ-  
fatione ad lectorem Consilii suis Chilonien-  
sibus præmissâ:

*Praxis autem sine Theoriâ, penitus nulla  
esse potest. Est enim Praxis, applicatio  
Juris vel legum ad factum; est conjun-  
ctio questionis facti cum jure: Ita ferè,  
ut in Practicâ istâ fori argumentatione,*

A 3

Ma.

Major propositio Lex, minor factum  
sit, unde conclusio nascitur practica, ad  
certum individuum, certamque ejus acti-  
onem, pertinens. Quomodo autem ap-  
plicabit? quomodo conjunget? qui eorum,  
que conjungere debet, nihil recte intelli-  
gat. Imò quo plures leges, consuetudi-  
nes, Statuta ignorabit, tanto pauciores  
applicare poterit; tantumque adeo detra-  
hemus huic practico, si Deus placet, quan-  
tum ipsi deest notitia Juris ac Theoria.

Et paucis interjectis ita pergit:  
Unde illud recte concluditur, omnem Pra-  
cticum, antequam in talem evadat, esse  
Theoreticum. Factum tamen est jam  
olim, stupore dicam an malitiâ quorun-  
dam hominum, ita existimo, indoctorum,  
ut hic quoque fumum vendi, & persuas-  
deri aliis posse crediderint, duo illa, Theo-  
riam & Praxin, qua in ICto necessitas &  
eruditi ævi omnis constantissimus consen-  
sus conjunxit, ita divisa esse ac separata,  
ut ista ad praxin non solum non necessa-  
ria,

ria, sed ne utilis quidem existantanda  
fit; & concludere liceat, ab eo qui Theo-  
ria vel juri discendo paulò diligentius &  
cum carâ vacat, eximii aliquid in praxi  
expectari non posse. Quod hominum  
genus à publicis sibilis una res hæcenus  
immunes præstat, quod vocabulorum  
Theoria & Praxeos, non omnibus perin-  
de cognitorum umbrâ, ineptam opinionem  
tegunt: quorum loco si eandem rem ver-  
bis perspicuis efferrent, etiam pueris &  
imperitiis quibusque ludibrium debe-  
rent. Praxis enim, quod toties diximus,  
usus est; usus verò, illius rei, quâ utimur:  
quomodo utetur autem legibus, qui eas in-  
promptu non habet, aut ignorat? Huc us-  
que verba Dn. Mautitii.

Et sanè, omnis actio, tanquam effectus, IV.  
ex suis sive causis sive principiis proficiscitur.  
Principia autem actionum sunt Facultas &  
Voluntas agendi, quorum unum si deest, a-  
ctio impeditur. Ad facultatem verò agen-  
di

II.



di pertinet non tantum illa moralis facultas quam *ἔξουσιαν* vocant, quæ ex imperio aut permissu legis fluit; sed mentis quoq; & corporis facultas rectè disposita adesse debet: In corpore quidem facultas locomotiva cumprimis suas in multis actionibus functiones rite obire debet; præcipua autem ad actionem vis in animo sita est, intellectu inquam, & voluntate: In intellectu præstò sit necesse est Scientia circumstantiarum actionis, ut scias objectum, modum, locum, tempus & finem agendi debitum aut congruum. In omni actionum pariter & effectuum genere hoc manifestum est: omnes enim qui actionem vel operationem aliquam suscipere conantur, ut rectè agant vel operentur, agendi operandive peritiâ debent esse instructi: Nam nec auriga nec tabellarius de loco in locum pervenire commode potest, ni sit peritus viarum; neque opifex opus rectè produxerit, ni habeat

at

at peritiam producendī operis; inque ceteris eminentioris gradus operationibus eodem modo se res habet.

Et quō magis arduum est opus, eō amplior peritia ad ejus productionem requiritur; unde etiam à supremis peritissimisque militiæ ducibus antequam vel prælium committant vel obsidionem suscipiant, reliquos militari honore & peritiâ validos ad consilium vocari intelligimus, ut omnia maxima minima considerate disponantur & gerantur. Nonnullorum quoque civilium magistratum officia peritiâ niti creduntur quantam unius hominis ingenium vix capit. Hinc Justinianus Imp. in *Novell. 82. proæm:*

Τοῖς μὲν γὰρ ἡμετέροις ἀρχασι πάρεσι πάντως καὶ ΠΑΡΕΔΡΟΙ, τὰ ἐκ τῶν νόμων ὑφηγῆσθαι, καὶ τὰς ἀσχολίας ἀναπληρῶντες τὰς αὐτῶν. *Nostris enim administratores adsunt omnino etiam*

B

ASSES-

*ASSESSORES, Et ea quæ legum sunt  
explicantes, Et occupationes adimplentes  
eorum.*

Et quanquam Assessores illi ex primævo insti-  
tuto supplere potius debuerint defectum legiti-  
mæ scientiæ in Magistratibus qui plerumque e-  
rant viri militares, ut notat D. Gothofr. *ad l. 2.  
ff. Quod quisque juris Et c.*; hodie tamen passim  
Consilia & Iudicia rerum & causarum majoris  
momenti non ab uno homine, quamvis magnâ  
eruditione prædito, sed à pluribus collegiali  
suffragio tractantur & exercentur; idque non  
tantum propter multitudinem, verum etiam  
propter gravitatem rerum, in quarum disposi-  
tione plurium consideratâ circumspeditione o-  
pus esse creditur.

VI. Illa autem scientia seu peritia rerum agen-  
darum, quam principiis actionum annumeran-  
dam esse jã ostendi, est ipsa illa THEORIA de quâ  
dictum. Et unumquodque actionis genus pro-  
priam

priam ac domesticam suam habet theoriam & cognitionem sive scientiam : Nam quicquid voluntas agentis debet expetere & profequi, illud ipsum mens & intellectus scire debet, quando, ubi & quemadmodum recte geratur: Τα αὐτὰ δὲ τὸν μὲν Φᾶσαι, τὴν δὲ δίδασκειν. *Arist. VI. Ethic. Nicom. c. xi.* Uti igitur idem actionis objectum, idem agendi modus, & finis, & locus, & tempus, eandem supponit agendi scientiam, sic diversum objectum, diversus modus, finis & locus actionis, diversam habet scientiam ac theoriam actionis: Et Juris qq. prudentia, quam ex se & natura sua sit activa, propriam habet ac domesticam theoriam, seu contemplationem & scientiam rerum ex habitu suo agendarum; quæ sine non tantum præposterè ac infelicitè praxin forensè capessunt juris Studiosi, nobili hoc vix digni nomine; sed nec admitti quidem ad eam deberent, saltem in Republ. quam bene administrari cupimus.

VII Ceterum, ut præclare observatum Aristotelis, ipsoque usu optimo rerum magistro comprobatum, omnis Scientia, omnisque *Theoria* certis nititur Præcognitis & quadam *Protheoria*; hujusque alia pars est *Communis* omnium scientiarum, quæ scilicet continetur communis ratio colligendi genera & species, definitiones & divisiones construendi, deque constructis recte judicandi, ratio argumentandi & argumentationes ad sua communia principia revocandi; ratio denique colligendi ac disponendi plures rationes & argumentationes, ex iisque totum aliquod systema constituendi. : Alia verò dictæ Protheoriæ pars singularum scientiarum propria est, quæ in certam ac definitam scientiam introductionem continet. Et hujus doctrinæ continet tractationem de naturâ, genere subiecto, objecto, fine, principiis, & eorum certitudine, partibus & dispositione partiû, de ortu denique & incrementis & auctoribus propositæ  
Scient

scientiæ. Hæc sunt in singulis artibus ac scientiis exordia doctrinae, ἀ δὲ προπαιδείουσαι πρὸς τὰς ἐκείνων ἐργασίας, de quibus ante erudiri oportet, quàm singularum tractatio & exercitatio suscipiatur. Arist. IX. Polit. c. 1.

Quænam sint propria Jurisprudentiæ Præcognita ex jamjam dictis facile potest intelligi; scilicet ea ipsa quorum flosculos nonnullos ex ingenti Novellarum Constitutionum præceptis publicis lectionibus me proposituram supra indicavi. Et ego quidem velim Studiosos Jurisprudentiæ, antequam *Practici* sint, non tantum *Theoreticos*, sed etiam *Protbeoreticos* existere; hoc est, Praxi non tantum præmittere accuratam scientiam eorū quæ 1. de jure personarum privato, publico; 2. de jure rerum privatarum, publicarum; 3. de jure actionum & ordine modoque exercendorum judiciorum, legibus, constitutionibus & moribus prodita sunt; sed etiam huic Theoriæ & cognitioni præmit-

B. 3.

tere:

tere aut saltem adjungere scientiam eorum  
quæ 1. de causis, 2. constitutione, 3. promulga-  
tione, 4. speciebus, ac 5. differentiis legum civi-  
lium, 6. de vi & potestate legum, 7. rescripto-  
rum, 8. consuetudinum; 9. de omnium horum  
interpretatione tum rectâ tum vitiosâ, doceri  
& cognosci possunt,

IX. Aristoteles inter multa ad solidam rerum sci-  
entiam comparandam præclare dicta hoc quo-  
que habet, II. X. Topicor. XIV. t. 6. 7.

*Præterea & definitionibus abundare oportet, & eorum quæ probabilia primaque sunt definitiones in promptu habere: Ex his enim syllogismi conficiuntur. Entendum quoque est, ut ea teneamus in qua sæpenumerò disputationes incidunt. Nam ut in Geometriâ etc. est, in elementis esse exercitatum; & in numeris, summa capita in promptu habere, multum confert ad cognoscendum alium quoque numerum multiplicatum; similiter & in dispu-*

*disputationibus utile est, in principiis præsumptum esse, & propositiones memoriter tenere.*

Pari ratione in causarum forensium exercitatione, & cum primis in quaestionibus juris expedite tractandis dijudicandisque maximum usum habet accurata scientia eorum quæ de legibus, earum speciebus, auctoritate & interpretatione in universum sciri possunt: hæc enim illa sunt argumenta in quæ sæpenumerò disputationes forenses incidunt; quarum disputationum principia nunquam sine turpitudine & damno ignorantur: Turpe enim est in hujuscemodi ab adversario aut iudicæ erroris convinci, & omnis actio concertatioque forensis sumtuosa est, temporisq; & rei familiaris jacturam in recessu habet. Sed idem quod de illis universalissimis Jurisprudentiæ argumentis eorumque usu dixi, ante me luculenter docuit iterum hic laudandus Dn. Mauritius d. præfat.

*Incr.*



*Incredibile autem dictu est, quantum ipse*  
*( Praxeos Studio )* proficit, si praeter ceteris  
quoque familiaria sibi reddiderit illa juris  
argumenta, de LEGIBVS, PRINCI-  
PVM CONSTITVTIONIBVS, STA-  
TVTIS CONSVETVDINE, PRIVI-  
LEGIIS, PACTIS, & horum INTER-  
PRETATIONE. &c.

- X. Quandoquidem verò, ut sunt plerique *αψινο-  
γοι*, omnis etiam rerum jucundissimarum pro-  
lixitas tedium facile creat, lectionibus meis,  
quas proximo d. 26. Junij Deo volente ordiar,  
pauciores destinavi menses, intra quos, ut o-  
mnia de quibus agere constitui, perspicue,  
plene ac nervose tradantur, conntar. Ve-  
strum est A. O. eâ frequentiâ quâ superiori an-  
no, me docente, auditorium exornâstis, nunc  
quoque vos legum scientiæ cupidos exhibere.  
Dabam in Illustri Academia Juliâ d. 17. Jun.  
CIC ID C LXXVII.

